

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**

I. Ad Infinitatem Dei. Die Dominico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

lumen & sapientiam cœlestem postula;

VII. Alias denique velut mendicus quispiam, aut ipsa potius indigentia, imperfæctio, injustitia, aut malitia, coram in-exhausta Dei Bonitate, Opulentia, Perfectione, Justitia ac Beneficentia versare, rogans ut omnibus bonis cœlestibus affamim diteris.

### POST SACRIFICIUM,

*Gratiarum actio & affectus,*

I. *Ad Infinitatem Dei.*

DIE DOMINICO.

I. **G**ratias ago immortales, Deus magnæ & infinite, quod Majestas tua immensa meterræ vermiculum, ex ineffabili charitate, visitare dignata sit: utinam dignationem tantam dignis affectibus, Charitatem tantam summè perfectis, gratisque obsequiis compensare valerem! cum verò id vires meas superet, defectum meum Bonitas tua suppleat.

Credo in te, Domine, quia tu es supremam Veritas:

Spero in te, Domine, quia tu es suprema Fidelitas:

Diligo te, Domine, quia tu es suprema Bonitas:

Adoro



Adoro te , Domine , quia tu es supre-  
ma Majestas:

Benedico te , Domine , quia tu es su-  
prema Liberalitas:

Resigno me tibi , Domine , quia tu  
es suprema Æquitas:

Miserere mei , Domine , quia tu es  
suprema Benignitas:

II. Amo te , Deus meus , ex toto cor-  
demeo , & ex tota fortitudine mea: exul-  
to in te , ac stupore plenus in laudes tuæ  
infinitæ Divinitatis mihi intimè præsen-  
terumpo. Quia tu es summa essentia &  
summa vita: summa ratio & summa salus:  
Ah vivifica & salva me. Laudo te , revereor  
te , concupisco te , quia tu es summa justi-  
ta , summa sapientia , summa magnitudo ,  
summa pulchritudo. Ah ! trahe me post  
te. Glorifico te , suspiro te , & conjungo  
me tibi , quia tu es summa immortalitas ,  
summa incorruptibilitas , summa æterni-  
tas , summa potestas , summa unitas , sum-  
ma & incomprehensa Majestas , summa  
& infinita Bonitas. Ah ! horum omnium  
me imaginem tuam quodammodo par-  
ticipem redde.

III. Gau-

III. Gaudeo, mi Deus, de infinita magnitudine & perfectione tua. Gratulor tibi de omnibus bonis tuis, & attributis infinitis. Aestimo te, & omnibus mundi cœliq; thesauris ac deliciis infinitè te prafero. Vilescunt mihi comparatione tui omnia transitoria: omnis mundi gloria, omnis voluptas & opulentia, non est, nisi somnium, umbra, nihil, respectu gaudii, gloriae & opum, quæ in te possideo. Desidero omnes corporis animaque vices, ac facultates meas ad gloriam tuam propagandam impendere. Opto animitus ut omnes fideles & infideles, justi & peccatores, æternitatis tuæ immensitatem cognoscant, & infinitudinem Majestatis tuae adorent. Cupio medullitus, ut mundus universus Potentiam, Sapientiam, Bonitatem, Dominatum, Justitiam, Misericordiam; Providentiam & Gloriam tuam timet, amet, colat, laudet & benedicat in omne ævum. Amen.

*Hymnus.*

B<sup>E</sup>ati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te psal. 86, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus & Inultatus i-

ma-  
tulor-  
butis  
undi-  
pra-  
ne cui-  
loria,  
t, nisi-  
audii-  
De-  
vires,  
a pro-  
tus ut-  
pecca-  
n cog-  
is tue-  
undus  
onita-  
ricor-  
am ti-  
icat in-  
Domi-  
unt te-  
, San-  
ctus

itas Dominus Deus , omnipotens , qui  
sat, qui est, & qui venturus est.

Benedicta sit sancta & individua Tri-  
nitas, unus Deus : & laudabilis & glorio-  
us & superexaltatus in secula.

Benedictus sit Pater in sua Potentia; &  
laudabilis & gloriosus & superexaltatus  
in secula.

Benedictus sit Filius in sua Sapientia;  
laudabilis & gloriosus & superexalta-  
tus in secula.

Benedictus sit Spiritus Sanctus in sua  
bonitate ; & laudabilis & gloriosus &  
superexaltatus in secula.

Benedictus sit Deus in Donis suis , &  
Sanctus in omnibus operibus suis ; & lau-  
dabilis & gloriosus & superexaltatus in  
secula.

Benedictus sit Deus in cœlo & inter-  
in Angelis & Hominibus : atque in  
omnibus Beatis ac Sanctis Paradisi ; &  
laudabilis & gloriosus & superexaltatus  
in secula.

Benedictus Deus in Sanctissimo Altaris  
sacramento , in omnibus mundi templis  
& laudabilis & gloriosus & super-  
exaltatus in secula.

Q.

Con-

Confitemini Domino, quoniam in se-  
culum misericordia ejus; & laudabilis &  
gloriosus & superexaltatus in secula.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto,  
&c.

*II. Affeclus ad Immensitatem Dei.*

F E R I A II.

I. **O** Deus immense! qui per immensi-  
tatem tuam es in omnibus creatis;  
sed nunc peculiari ratione es intra me in  
augustissimo Sacramento; quam felicitate  
me beas? quo thesauro meditas? oulti-  
mum Bonum meum! o summum Bonum  
meum! o adæquatum Bonum meum! quæ  
gratias agam? quæ dona pro tanta digna-  
tione & beneficentia rependam? suscipe  
quidquid sum & valeo. O Divina Immen-  
sitas, tu in me manes & ego in te; sume  
nun in te velut in sede, fundo ac basi me-  
capiente, sustentante, conservante, & un-  
dique ambiente: quam securus vivere va-  
leo! Ego sum in te velut pupilla in oculo,  
aut velut infans in matris utero, cui illa est  
domus, lectica, murus, alimentum & om-  
nia: quam latus & quietus esse debeo!  
Tu enim, mi Deus, es domus mea, in

qua